UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Custodia & exhibitione reoru[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

⁊ quod dixi poſt Bar.in l.j.ff.de in ius voc.⁊ quod dixi poſt Bar. in l.qui nomine.ff.de fal.vbi Bart.⁊ Bal.in d.l.ſciendum.⁊ ibi plenius per Ludo.⁊ ibi per Ang.in repe.Sed illa l.loquitur in ſolennitate intrinſeca, iſta in extrinſeca,ſicut in actionibꝰ dicitur,quod ſententia lata non preſumitur lata in ſcriptis,⁊ not. Bart.in l.ſtatutis.de ſent.ex breui.reci.⁊ de hoc vide per Angel.in repe.l.ſciendum. Et not. quod non ſufficit generalis commiſſio facta nuncio de citando, ⁊ idem tenuit domi. Anto.in c.j.de iudi.ſed Imo.dicit quod dubitabat, quia l.hic allegata hoc nō pꝛobat, quia loquitur in citatione, ſcilicet quando creditoꝛ petit ſibi aſſignari in ſolutum bona debitoꝛis ſui pꝛo debito,⁊ ſic non bene pꝛobat. Unde videtur quod remaneamus in regula,quod tātum valet generale quo ad genus quantum ſpeciale quo ad ſpeciem, iuxta not.in c.ſi ſacerdos.de offic.oꝛdin.⁊ in l.ſi duo.ff.de admini.tuto. Et ita dicit do. Joan.ibi,⁊ no.inſti.de actio.§.quadrupli.⁊ ibi bonus tex.⁊ bene, ⁊ latius per moder.in l.ex conſenſu.§.eum qui.ff.de appel. Et vide Bartol.in l.j.§.de iure do.in pꝛinc.⁊ in l.qui autem.§.fin.ff.de conſtit.pecu.per Bal.in l.ſi quando.ad fin.§.de conſtit.pecu.in xj. ⁊ xiij.q.ibi concoꝛdat Innoc.cum Cyn.quod Bald.alleg.in c.j.de iudic. Text.eſt in l.pꝛoperandum.§.⁊ ſi quidem.§.de iudi.in verſi. iudicibus autem res ſuas reſerantibus, vbi patet, quod quando reus vult citare actoꝛem,vt feratur ſentētia in fine inſtantie,iudex debet ſuper hoc cognoſcere, ⁊ ſibi impartiri licentiam, ⁊ ſic patet quod quādo in commiſſione requiritur cauſe cognitio, requiritur ſpecialis commiſſio in citatione verbali. ¶ Si vero nō requiritur cauſe cognitio in commiſſione,tātum ſufficit generalis commiſſio. Ita Bal.in d.l.ſi quando.⁊ licet ipſe nihil allegat, poteſt allegari ratio, videlicet quod tantum valet generale quo ad genus,⁊c.vt §.dictum eſt. ¶ Pꝛo quo poteſt adduci text.⁊ Angel.in l.ij.C.de ſpoꝛ. Dicitur enim ibi quod nuncius,cui ſit a pꝛincipio commiſſa citatio in aliqua cauſa, poteſt idem ſemper citare vſque ad finem cauſe.⁊ ſic patet quod vna deputatio generalis,licet non fiat particularis commiſſio,ſufficit. Secundo,pꝛo hoc poteſt adduci text. in auth.libellum.de lit.conteſta.vbi patet quod executoꝛ deputatus in cauſa,poteſt recipere cautionem,ſeu pꝛomiſſionem nomine partis,abſque alia ſpeciali commiſſione. Si ergo poteſt hoc tanquam perſona publica,⁊ generali commiſſione ſibi facta a iudice, quia hoc non requirit vllam cauſe cognitionem,⁊ eſt de pertinentibus ad executionem cauſe, cur non eo modo poteſt ſimiliter citare virtute generalis commiſſionis, ſicut dicit Bald.obſeruari Floꝛentie,⁊ in Hiſpania. Tertio hoc cōfirmatur,quia ſicut ex generali commiſſione, que fit notarijs actoꝛum, notarius poteſt accipere pꝛoductionem libelli abſque eo quod ibi ſit iudex, quia illa pꝛoductio poteſt fieri de plano,⁊ die feriata.l.miles.§.ſexaginta.ff. de adult.⁊ pꝛobat no.in l.pꝛecipimus.in pꝛinc.⁊ ibi ponit Bal.de appel.ita videtur nuncius virtute generalis commiſſionis poſſe citare. Nec obſt.text.in l.omnes.§.nihilominus.de epiſc.⁊ cler.⁊ l. cum clericis.eo.tit.quia debes ſcire quod quando nuncius datur ſimpliciter ab vno iudice,vel pꝛo vna cauſa,vel pꝛo omnibus,non videtur per hoc ſibi dari mandatū incontinenti de citando,⁊ ideo requiritur quod poſt particulariter deputetur ad citandum. Ita dicitur in d.l.j.de ſpoꝛ. Hec ſolutio ſimpliciter videtur appꝛobata pꝛo idonea, quia poſſit committi citatio, ⁊ ne detur in officio ſibi commiſſo.ſed contra pꝛedicta foꝛtiter facit,quia ſecundum Hoſ.in l.cum clericis.§.memoꝛat.C.de epiſ.⁊ cle.iudex pꝛius quam committat citationem, debet videre petitionem actoꝛis,vt iudicet ſuper matrimonio, vtrum calumnioſe competat, nam ſi eſſet in euidenti calūnia,poſſet eum ſtatim repellere,vel ſic libellus eſſet ineptus.l.qui cum maioꝛ.§.ſi quando.ff.de bo.libe.alias de ope.liber. ⁊ ibi no.in l.j.ff.de offic.aſſeſſo. Si ergo requiritur ſaltē hec inſtructio, pꝛius quam iudex committat citationem non videtur quod nuncius poſſit.Sed reſpondetur ex his,que habes poſt Bar.in l. ſi finita.§.Julianus.§.de dam.infec.in articulo in quo queritur,an eſt neceſſarium quod pꝛocedat libellus. De quo per Franciſc.de Aret.in cap.j.de iudi. An pars teneatur credere nuncio dicenti ſe habere commiſſionem,vide in locis §.in pꝛinc.apoſtil.allega.⁊ per Imol.in l.ex conſenſu.§.eum qui.ff.de appel. ¶ Adde an per relationem nuncij pꝛeſumatur de commiſſione iudicis,⁊ quid ſi non pꝛeceſſit commiſſio,vide Roma.conſil.ccccxcvij.per Bald.an pꝛeſumatur de commiſſione conſil.cxviij.volu.j.

b ALEX. ¶ Permiſerit. Hoc pꝛobatur,quia ad capturam perſone,ſiue ſumus in iudicio ciuili, ſiue in criminali, non pꝛocedi poteſt,niſi pꝛecedat cauſe cognitio de iure ciuili.Colligitur manifeſte ex his, que habentur in l.nemo carcerem.de exact.trib.libꝛ.x. De iudicio criminali ponit ſingulariter. Joan.Andr.in c.ſi dominus. de ſenten.excommu.quem ſequitur Bart.in l.quod euitandi.in fi. §.de condi.ob tur.cau. Sed iſta cauſe cognitio non poteſt pertinere ad nuncium qui eſt merus executoꝛ, vt l.ſi vt pꝛoponis.de execu.rei iudi.ergo non poterit citare. Ad idem facit optime,quia in cauſa capture nuncius debet habere ſpeciale mandatum, vt l. non ſolum.§.fin.cum l.ſeq.ff.de pꝛocur.⁊ conſuluit Barto.in conſi. incip.commune Gualdi.Franc.de Aret.in c.j.de iudi. Abba.hic, ⁊ adde Bald.in d.l.commu.diui.ſufficit pꝛobari,vt poſt Bart.in d.l.qui nomine.de fal.vt dicas habere commiſſionem.

c AND. BARB. ¶ Niſi eſſet. Adde Bart.in d.l.j.in pꝛinc.§.de iu.do. Et vide Jo.de Imo.in c.j.de iud.vbi dubitat,an iſtud dictū ſit verum,vide ibi do.Ant.⁊ ibi dixit Bal.in l.quando.C.de teſt.

De cuſtodia reoꝛum. Rubr. IIII.

LEX I.

* **In quacunque.** * Siue per accuſationem, ſiue per inquiſitionem pꝛocedatur, cauſa debet celeriter examinari,⁊ non debet differri,⁊ interim reus in carceribus poſitus non debet iniuriari, nec in locis tenebꝛoſis de die pōni,nec ⁊ alias iniurias pati, hoc dicit. Facit iſte text.ibi, ad fin.ad pꝛimum ſolis oꝛtum,⁊c. de mane vtrum dicatur dies vel nox.⁊ dixi tibi in l.aut facta.§.ad tempus.ff.de penis, vbi dixi vtrum mane,⁊ ſero,ſit de die,vel de nocte.

ADDITIO.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ In quacunque. Quid autē ſi in carcere moꝛtuus ſit,an pꝛeſumatur moꝛtuus anguſtia carceris an naturaliter,ponit Bald.in l.j.§.qui non poſſ.ad libert.perue.

LEX II.

a **Si quis.** [a] Si quis de crimine conuincitur, debet apud tribunal duci, vt crimen confiteatur,⁊ certum appareat.hoc dicit. Utrum qui ſemel confeſſus eſt crimen ſponte, debeat illud iterum confiteri. Gloſſ.tangit hic. Dixi plene in l.j.ff.eod.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si quis. Uide etiam text.ſin.in l.contra.ad Syl.ibi, ex vinculis,ſecundum Bart.

AND. BARB. ¶ Uide Butr.hic, qui dicit ad hoc vt confeſſio valeat poſt toꝛturā,eſt neceſſe quod ſit intermedius dies vnus, ⁊ nox vna,vide tamen hic.

LEX III.

Quoniam vnum. Carcer vbi ponuntur homines debet eſſe ſeparatus a carcere mulierū.[a] h.d. Super hac l.in aut.nouo iure,quam habetis §.de offi.di.iu.l.j.quam nunc ſtatim vide,⁊ no.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Carcere mulierum. De muliere carcerāda,vide Bal. in l.j.ff.qui ſat.cogan.

LEX IIII.

* **Ad commentarienſem.** * Si carceratus aufugit,cuſtos pꝛincipalis pena qua illa debebat puniri, punietur, [a] nec exhibendo ſuum familiarem liberatur. Sed cuſtode pꝛincipali ex neceſſitate abſente,idem ſeruabitur de eo cui commiſit officium,hoc dicit.

ADDITIONES.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Ad commentarienſem. Iſtam legē extendit Bald.in l.ex diui.§.locat.vt pꝛocedat in eo cui commiſſa eſt cuſtodia alicuius caſtri.⁊ ſequitur Salycet. limitando tamen iſtam legem per id quod vult gl.no.quam ibi no.Bar.⁊ doct. in l. ſi pecuniam.§.ſed ſi acceperit.in verb.carere.ff.de condic.cauſ.dat. cauſ.non ſecut.⁊ per tex.quem ibi multum no.ad queſt.Ang.in l.ſi a bonefidei.ff.de rei vendic.

a ALEX. ¶ Punietur. Not.gloſſ.que eſt hic,quam multum reputat Bal.no.in l.iij.in fi.§.de fide inſtru.

LEX V.

De his quos. Carcerati debent puniri vel relaxari,⁊ quid de his ſit intra triginta dies iudicibus debet nunciari,pena contrafacientibus imminente.hoc dicit.

De priuatis carceribus inhibendis. Rubr. V.

LEX VNICA.

1 ☞ Detinens hominem liberum per viginti hoꝛas,committit priuatum carcerem.

a **Iubemus.** Non licet homines [a] in pꝛiuatis tenere carceribus,⁊ de hoc poteſt per inquiſitionē pꝛocedi, ⁊ iudex negligens punietur,⁊ reus huius criminis pena leſe maieſtatis punietur.h.d.

Quando

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN